4

Causam eandem et Actione[m] ued[ictam] Cassat, mortificat et annihilat p[rae]sen[s] atq[ue] a Decreto p[rae]fato recedit. Illi Recognoscenti et Suis Posteris ratione p[rae]missorum omnimod[um] perpetuum imponendo silentium.

Popiele sibi Roborant.

Comparentes personaliter coram Officio et Actis p[rae]sen[tibus] Castren[sibus] Capitan[ealibus] Premislien[sibus] Nobiles Semion Patruus et Theodor[us] filiaster Popiele Kołodrubi Sani mentib[us] et Corporibus exuntes a Terris Districtib[us] Iudiciis Iurisdictionibusq[ue] suis quibusuis p[ro]p[ri]is et competen[tibus] recedendo p[rae]senti vero Castren[si] Capitan[eali] Premislien[si] Iurisdictioni, quoad Actum Suum attinet secum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter ac plenarie incorporando, atq[ue] subijciendo, pala libere publice ac p[er] expressum recognouerunt, et quilibet eor[um] seorsim suo p[ro] interesse recognouit Quia ipsi sibimutuo et inuicem una Pars alteri, ac Posteris Utriusq[ue] Partis, se ac suos Success[o]res, in et super Bonis suis generaliter omnibus, Summisq[ue] pecuniarijs quibusuis habitis et habend[is], inscribunt et Obligant p[rae]sen[s] scriptu[m] Certum Manuale inter se Reg[esto]... ratione Certar[um] Rerum et Conclusionu[m] in eodem Scripto Manuali conten[tarum] de Actu et data illius Sic Premisliis die hodierna in Actu contenta Confectum et Conscriptum, manibus et quidem p[ro] interesse Ill[ustr]is Semionis Popiel Manu Gnosi... Elia Kropiwnicki p[ro] interesse vero Nobilis Theodori Popiel manu ip[s]i[us] p[ro]pria subscriptum. In omnibus et singulis eiusdem Scripti manualis Conditionibus punctis, clausulis Articulis, Vadio Ligamentis, ac nexibus, contra Vnitis firmiter tenere, complere, exequi, ac inuiolabiliter observare.

observare omnibusq et singulis eius contentis tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit satisfacere: Scriptum praefatum manuale ad Inscriptionem praesentem Roborationem et Inscriptionem praesentem robrica[m], ad praedictum Scriptum Manuale, viassim in toto referendo, idq sub Vadio Ducentor[um] Floren[orum] polon[icalium] praescriptio[ne] termi[ni] sc[ripti] cum Successoribus Utriusq Partis ob non Complationem Contentor[um] Scripti praefati Manualis omnium et singulorum, tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit, ad Soluendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo praemisso ad Soluendum Succubito ac pro re aliqua principali, ex Contentis Scripti eiusdem manualis non Completa Complendum Citata eadem Mrata Pars Una, praemissa non tenens, sive eius Posteri, ad instantiam Partis alterius praemissa tenentis et Complentis vel illius Successorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense, ex tunc recessu suspto quo ad evendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere, vendere, Vadium praefatum luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentes illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causis eiusdem Terminos semper peremptorios, Vera infirmitate pro maiori Minorennitate Successoris legatione intra vel extra Regnum Servitio militan[ti] ad Munimenta ad Evictores vel alijs quibusuis dilationibus et Legalibus impedimentis non differendo ad Quietationem praeterea Ultra praefatos Officij praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis Terminos Relationem

sub

sibi non recipiendi, nullasq; Motiones Appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia praedictis simplicibus vel triplicatis, evasionibus, Suspensionibus, fatalibus Iuris, Exceptione Terrestri bello, Conventioneq; ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendi, nec modo aliquo nis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Sabbatho ante Festum Sanctorum Trium Regum proximo Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo.

Mlodecki alterum Quietat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal: Premisliensibus Generosus Dominicus Mlodecki, sanus mente et Corpore existens, a Terris Districtibus, Iuribus Iurisdictionibusq; suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo, praesentis vero Castrensis Capitanealis Premisliensis Iurisdictioni quo ad Actum Hunc attinet, se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter ac plenarie incorporando atq; subijciendo, palam, libere publice ac expressum recognovit. Quia ipse Generosum Christophorum Mlodecki sui Regnantis fratrem germanum eiusq; Posteros de summa Ducentorum florenorum polonicalium sibi legitime per eundem fratrem suum, Scripto certo Manuali seu Membrana certa nuda, Actis Castrensibus Leopoliensibus roborata, ad soluendum assecurata necnon de eadem Membrana nuda, eiusq; Inscriptione roboratoria Castrensi Leopoliensi Quietat, emittit dimittit liberumq; et absolutum perpetuo pronunciat. Membranamq; eandem nudam eiusq; Inscriptionem roboratoriam Castrensem Leopoliensem in toto et per omnia cassat mortificat et annihilat praesenti Recognitione

sibi-